



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiaë,||

Molanus, Johannes

Antverpiae, [1592]

Cur Lotharivs Rex Lotharingiae in sacra militia contra Beneuentanos non profecerit. Cap. XVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38114

baptizari fecit. Anno 1000. LIX. plurima contra Sclauos prælia commisit: & capto eorum Principe, cui nomen erat Rastrix, in violatæ fidei pœnam oculos ei erui iussit.

Anno 1000. LXV. Regi Bulgarorum ad Christianam fidem conuerso cum gente sua, subsidia misit. Anno 1000. LXXI. ab exercitu Ludouici Germanici vario euentu varia contra Sclauos gesta sunt bella. Anno 1000. LXXIV. Nordmannos tributum exigentes, ab exercitu suo grauius cæfos, deuicit. Anno 1000. LXXVII. Obiit Ludouicus in Germania regnans, qui tres reliquit filios hæredes: Ludouicum iuniorem; Carolum, qui non multo post imperauit; & Carolomanum, patrem Arnulphi Imperatoris.

Cur LOTHARIUS Rex Lotharingia in sacra militia contra Beneuentanos non profecerit.

C A P. X V I I I.

ANNO octingentesimo quinquagesimo quinto Lotharius, ait Regino, conuocatis primoribus regni, imperium filiis diuisit. Ludouico itaque Italiam dedit, eumque Imperatorem appellari fecit: Lothario autem filio regnum, quod ex suo nomine vocatur, cōcessit: Carolo deinde, qui iunior natus erat, prouinciæ regnum largitus est. Itaque ualedicens suis, mundum reliquit, atque in Prumia comam deposuit, & in religionis professione diem clausit extremum.

*XI. Brabatie
Dux Lothari
rius Rex.*

C Hic

Hic Rex Lotharius, cum frater eius Ludouicus viriliter occurreret Sarracenis Beneuentanam regionem incurfantibus, ad eius auxilium properauit, & multa bella cum eo *Anno 867.* strenuè gessit. Sed, addit Sigebertus, exercitu propter intemperiem aëris morbis & araneorum morsibus nimis grauato, magno suorum dispendio rediit. Putatur autem hæc aliaque mala iusto Dei iudicio pertulisse, quòd Thierbergam vxorem incestus crimine obiecto repudiauit, & Valdradam concubinam, quam duxerat, dimittere noluit, tametsi Apostolicæ Sedis censura atque interdicto vrgeretur.

De militia Beneuentana contra Sarracenos

LVDOVICI Imperatoris.

C A P. X V I I I.

*Frater XI.
Brabantia
Ducis.*

AT verò, teste Sigeberto, Ludouicus Imperator anno 1000. LXVII. Sarracenis Beneuentanum agrum populantibus viriliter occurrit. Et anno 1000. LXXIII. Adalgisus Dux Beneuentanorum, à Græcis seductus, contra Ludouicum Imperatorem rebellat, multasq. Italiæ vrbes suo exemplo desciscere facit. Cui Imperator viriliter repugnans, Beneuentum & Capuam expugnauit. Sed dolis Adalgisi persuasus vt exercitum dimitteret, ita ab eo est circumuentus, vt euadendi non esset locus, nisi, turpi fœdere icto, compulsus iurasset Adalgiso, se numquam in vita sua fines Beneuenti intraturum. Ob hoc Adalgi-